


1155:
Pulcherrus, Steen.

De legatis, iidemque sum
adimensis sum per legem Fal,
sidiam dimissionis.



44/66913

1854
MAY 10
NEW YORK

1854
MAY 10
NEW YORK

XXXV. ↗
AVSPICE CHRISTO:

PR A E S I D E C L A -
R I S S I M O C O N S U L T I S S I M O q̄;

V I R O , D n . H E R M A N N O V U L T E I O , J . U . D .
*summi dicasterii Hasiaci assessore prudentissimo, & in Illu-
stri Marpurgensium Academia legum Professore ordi-
nario, Domino ac praeceptore suo submissè colendo,
sequentes propositiones*

De Legatis, iisdemque tum adimen-
dis tum per legem Falcidiam di-
minuendis.:

Publicè pro ingenii viribus defendendas suscipiet

IOHANNES KLEINSCHMIDT DARM-
stadinus.



Marpurgi, typis Pauli Egenolphi. 1590.

2

AMPLISSIMO, CLARISSIMO, CONSULTISSI-
moq; viro Dn. HENRICO HUNDT, J. U. D. Illustrissi-
mi Principis ac Domini, Dn. GUILHELMI Landgra-
vii Hafsia, &c. Cancellario prudentissimo, con-
filiarioq; intimo:

Nec non &

CLARISSIMO DOCTISSIMOq; VIRO DN.
GEORGIO VICELIO, summi dicasterii Hafsici
Secretario dignissimo, cognato suo
charissimo:

Dominis ac patronis suis perpetuo observandis,

Gratitudinis & observantiae ergo

D. D. D.

Iohannes Kleinschmidt Respondens.

380/44/669/13(5)



DE LEGATIS IISDEMq; TUM
adimendis tum per legem Falcidiam
diminuendis.

Thefis I.



*Legandi verbum aliàs generale est, omnemq;
ultimam voluntatem complectitur a, aliàs ve-
rò speciale, & ad testamentarias donationes
rerum singularium refertur b, de quibus nobis
sermo erit.*

a) l. verbis 120. l. in generali 80. de V. S. b) §. ult. in pr. Inst. per quas person.
euiq; acquir. in pr. Inst. h. t.

II.

*Ex quo legatum dictum est, vel quòd ex hereditate lega-
tur & quasi deliberetur, vel quòd legis modo, hoc est, verbis ci-
vilibus & imperati vis & directis relinquatur, quorum il-
lud Florentino a hoc Ulpiano b placuit c.*

a) l. legatum 116. in princ. ff. de legat. 1. b) Vlp. in fragment. tit. 24. in princ.
c) Duaren. lib. 2. disp. c. 9.

III.

Est autem legatum donatio quadam à defuncto relicta.

§. 1. & ibid. Theophilus hoc titulo. Balduin. h. t. in pr. Hottom. cod. enunc.
2. Henric. Bocer. quaest. illustr. disp. 1. c. 31.

IIII.

*Legatorum olim quatuor fuerunt genera a, hodiè unum
& simplex est b, sicut & legati & fideicommissi una est na-
tura c, eademq; vis & potestas d.*

a) §. sed olim. institut. h. t. Vlpian. tit. 24. §. 1. Caius lib. 2. tit. 5. Paul. 3. sent. c. 6.
Theoph. institut. h. tit. b) d. §. sed olim. Instit. h. tit. c) l. unic. §. ubi a. 11. Cod. de
ead. tol. l. 1. l. 2. l. 3. C. communia de legat. d) in legatis 21. C. h. tit.

V.

*Id tamen etiamnum hodiè interesse putamus a, quòd le-
gatum imperati vè b, fideicommissum verò precariò relin-
quatur c.*

a) arg. titularum de legat. & fideicom. l. 3. Cod. communia de legatis. b)
Vlpian. d. tit. 24. in pr. c) §. praeterea. Institut. de fideicom. hered. Vlp. d. loc.
VVcscnb. in parat. ff. de leg. 1. n. f. & in §. sed non usq; in fin. Inst. cod. h. t.

VI.

*Legare possunt omnes qui & testamenta a, jure b conde-
re possunt.*

a) l. 2. ff. de legat. 1. Vlp. tit. 25. §. 3. b) l. conficiuntur §. 2. ff. de iure codicil.

VII.

*Et qui haeredes institui iisdem quoq; legata regulariter re-
linqui possunt.*

§ legari 24. Inst. h. t. l. si seruo 101. §. 1. ff. de legat. 1. l. 4. §. 1. ff. de his quæ pro non script. habentur.

VIII.

*Itaq; filiosam. impuberi, seruo, adeoq; omnibus ijs qui ex
testamento capere possunt rectè legatur a, licet testamenti fa-
ctionem ipsimet non habeant b.*

a) Mynsing in d. §. legari 24. Inst. h. t. VVesenh. ibid. b) gl. hic & in tit. Instit. quib. non est permitt. fac. test. l. filius §. 16. ff. de test.

IX.

*Planè heredi ab semetipso & pro qua parte heres est lega-
ri non potest.*

L. & quidem 18. l. planè 34. §. si duobus 11. l. legatum 116. §. 1. ff. de legat. 1.

X.

*Quemadmodum nec seruo heredis aliter quàm sub con-
ditione a, nec seruo proprio nisi cum libertate nominatim da-
ta b, rectè legatur.*

a) §. an seruo 32. Inst. h. tit. l. Iulianus 86. ff. de condit. & demonstr. b) d. §. an seruo 32. l. pen. §. illo videlicet 2. C. de necessariis servis hered. instituendis. l. pla- nè. §. si conjunctim. l. si minor, de legatis 1.

XI.

*Sed & incertæ personæ legari non posse constat a, nisi e-
ventu aliquo aut progressu temporis certa futura sit b.*

a) §. incertis 25. Instit. hoc. tit. b) l. quoties. 11. l. si quis ita scripserit 14. ff. de rebus dubiis §. sed nec hujusmodi 27. Instit. h. t. l. id quod 24. & l. ibid. Dd. Cod. d. episc. & cleric.

XII.

*Ex certis autem personis incertæ personæ relictum lega-
sum valet.*

d. §. incertis. vers. sub certa, l. 5. in pr. l. 10. in pr. ff. de reb. dub.

Et si-

XIII.

Et siue nominatim a alicui legetur, siue per demonstrationem officii, aut necessitudinis, aut corporis b, nihil interest.

a) §. si quidem in nomine 29. Instit. h. t. l. 4. C. de testamentis. b) tot. tit. ff. de cond. & demonst.

XIV.

Nam demonstratio plerumq; nominis vice fungitur a, nec interest falsa an vera sit b, modò certum sit quem testator voluerit c.

a) l. quotiens 9. §. si quis nomen. ff. de heredib. instit. b) §. huic proxima 30. Inst. h. t. l. 1. demonstr. falsa 17. l. falsa demonstratio 33. ff. de cond. & demonst. c) d. l. 4. C. de testamentis.

XV.

Quemadmodum nec error in nominibus a, nec falsa causa adjecta legato b nocet.

a) d. §. si quidem in nomine 29. d. l. 4. C. de test. b) §. longè magis 31. Inst. eod. h. t. l. cum tale. §. falsa causa. ff. de cond. & demonstrationibus.

XVI.

Aliud est si sub modo & conditione alicui legetur, quorum altero deficiente legatum vitiatur.

d. §. longè magis 31. Bart. in l. quib. diebus. §. ult. de condit. & demonst. l. 2. C. de his quæ sub modo legat. relinq.

XVII.

Porro quoties duobus vel pluribus eadem res legatur, in primis videndum est, utrum testator conjunctionem quandam affecta verit, nec ne a? Plerumq; enim quod posteriori datum est, priori tacitè ademptum censetur b.

a) Duaren. lib. 1. de jure accrescendi. b) l. 5. ff. de adim. legatis. l. si pluribus 33. de legat. 1.

XVIII.

Nisi tamen evidenter appareat testatorem cuilibet solidum dari voluisse, tunc enim unus rem consequitur, alter estimationem.

d. l. si pluribus 33. de legat. 1. l. si res mihi 20. de legat. 3. l. filius. 114. §. ult. de legat. 1. l. 13. §. 1. ff. de legat. 2. l. unie. §. 11. verf. h. a. ita. C. de cad. tollend.

XIX.

Sin verò conjunctim legaverit testator plurimum refert

A 3 quomo-

quo modo in legato conjungantur legatarii, re ne & verbis simul, an verbis tantum an re tantum?

§. si eadem res 8. Inst. h. r. l. triplici ff. de V. S. Duaren. latè lib. 1. de jure accresc. cap. 4.

XX.

Nam quando re & verbis simul vel re tantum conjuncti sunt, tunc legatum inter eos si omnes concurrant, scinditur.

§. si eadem 8. Inst. de legat. l. legata inutiliter. §. fin. ff. de legat. 1. l. unic. §. ubi a. 11. in pr. C. de caduc. tollend.

XXI.

Sed si unus vel plures, quocumq; modo id fiat, defecerint, deficientium partes ceteris, si voluerint, accrescunt, cum onere pro virili.

d. §. si eadem res 8. l. unic. §. ubi a. 11. C. de caduc. tollend.

XXII.

An verò idem jus circa eos qui verbis tantum sunt conjuncti statuendum sit, non levis est questio? Nos negatiuam sententiam veritati juris magis consentaneam esse putamus.

l. re conjuncti 89. ff. de legat. 3. & ibi Cujac. idem in parat. C. de caduc. tollend. & lib. 24. obs. 34. Iohannes Borchold. in instit. d. §. si eadem de legatis.

XXIII.

In commixtione legatariorum præfertur omnino ceteris qui & re & verbis conjunctus est a, quod si re tantum conjunctus sit constat non esse potiozem b.

a) d. l. re conjuncti 89. de legat. 3. l. 1. §. idem ait 2. ff. de usufr. accrescend. b) d. l. re conjuncti l. unic. §. his ita 10. C. de caduc. tollendis.

XXIV.

Sed si deficienti unus re tantum, alter verbis tantum conjunctus sit, questionis est uter potior sit? & magis est ut verbis conjunctus præferatur.

d. l. re conjuncti 89. Duarenus lib. 2. de iure accrescendi c. 8.

XXV.

Res possunt legari quarum est commercium vel de lege vel de consuetudine liberum omnibusq; commune.

§. non solum a. 4. Inst. h. r. l. cum servus 39. §. constat 7. & §. seqq. ff. de legat. 1. Vlpian. tit. 19. §. 4. Dom. præceptor Vultejus in tract. de ult. voluntat. tit. de legatis.

Hinc

Hinc Fendo legato neq; ipsum neq; eius aestimationem deberi communiter à Dd. est comprobatum.

per c. 1. in pr. de success. feud. l. uxor patruī C. h. t. l. Stich. ff. de usu & usufr. legat. Everhard. à Mittelb. in top. in loc. à feud. ad Emphyt. n. 16. Frid. Schenck in c. 1. §. donare qual. olim feud. alien. pet. Alv. in d. §. donare. Sonsb. in comment. feud. part. 12. n. 88. VVesfenb. in §. non solum a. n. 2. & 3. Inst. h. t. Andr. Geil. lib. 2. obs. 154. nu. 13. in edit. tertia. Curt. Inn. in tract. feudali part. 4. quæst. pen. vers. re-tenta, num. 126.

Et non tantum res corporales legari possunt, sed etiam incorporales a, ut nomen b, liberatio c, dos d, &c.

a) §. tam a. 21. Inst. h. t. l. cætera 41. in pr. ff. de legat. 1. b) d. §. tam a. 21. l. servum 44. §. sed et si 6. ff. de legat. 1. c) §. si quis 13. Inst. h. t. l. hujusmodi 84. §. cum pater 6. de legat. 1. l. qui duos in pr. 13. de legat. 2. d) l. Maxio 41. §. l. l. cum pater 77. §. 9. de legat. 2. §. sed si uxori. Inst. h. t. tot. tit. de dote legat.

Sed & alienæ res a modo alienas esse testator sciat b, quod legatario probandum est c, legari possunt.

a) §. non solum a. 4. b) l. cum alienam 10. C. eod. c) d. §. non solum a. vers. quod a. diximus.

Quo casu intelligitur hæres damnatus redimere eas si possit justo pretio, vel si non possit, earum aestimationem præstare.

d. §. non solum a. 4. vers. quod a. diximus. l. non dubium 14. §. ult. de legat. 3.

Quod si legatarius vivo testatore dominus rei legata factus fuerit, videndum est, utrum habeat ex causa lucrati-va an verò onerosa, ut illo casu nihil debeatur, hoc aestima-tio.

§. si res aliena 6. Institut. h. titulo. l. inter stipulantem. §. si rem 6. de V. O. l. 16. de o. & a.

Sua tamen res purè nemini rectè legatur, nec si eam post mortem testatoris legatarius alienaverit, propter regulam Catonianam res aut ipsa aut ejus aestimatio peti potest.

§. sed si rem legatarii 10. Inst. h. t. l. proprias 13. C. cod. l. cætera 11. §. 2. de legat. 1. l. 1. in fin. ff. de regula Catoniana.

Quod

Quod si quis rem suam quasi legatarii legaverit, legatum valet a, plus enim est quod est in veritate quam quod in opinione b.

a) §. si quis rem suam 11. Inst. h. r. l. unum 67. §. si rem s. de legat. 2. b) l. is qui putat. de acquir. h. red. l. 4. de manum. vindict.

Res quoque legata vel legata utrum liberae sint, an creditori obligata nihil refert a, quippe luere eas heres cogitur, nisi legatarius ut faceret, testator caverit b, vel obligatas eas esse nesciverit c.

a) §. sed & si rem 5. Inst. h. r. l. si res obligata 57. de legat. 1. l. praedia. C. de fidei. com. b) d. §. sed & si rem 5. in fin. c) d. l. si res obligata 57. de legat. 1.

Imò res quae in rerum natura nondum sunt, futurae tamen sperantur, legari possunt, ut fructus arborum, factus pecorum.

§. ea quoque res 7. Inst. h. r. l. quod in rerum 24. ff. eod. lib. 1. l. etiam 17. eod. lib. 2. l. 1. in fin. de cond. & demonstf.

Semperque cedit legato accretio rei sicut & decretio a, re enim legata perempta id tantum quod superest recte peti potest b.

a) §. grege 18. & §. seq. Inst. h. r. l. peculium 63. ff. de legat. 2. l. si are 40. de legat. 2. b) l. si grege. ff. de legat. 1.

Hinc si res legata sine facto heredis pereat legatario perit a, secus si mora heredis b, vel culpa c etiam levissima inter dum d.

a) §. si res legata 16. Inst. h. r. l. incendium & ibi Dd. C. si certum petatur. l. non amplius §. 1. & ibi Dd. de legat. 1. l. si ex legati 23. l. si servum 91. de verb. ob. b) l. cum res 47. §. fin. de legat. 1. l. nemo §. 1. de V. O. c) l. si servus 108. §. cum quid 12. de legat. 1. d) d. l. cum res 47. §. culpa a. 5. de leg. 1. arg. l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commodati.

Sed si res post moram heredis eodem modo apud legatarium peritura fuisset, quatenus haeres cogatur, queritur? Es eo casu heredem non teneri puto.

l. si plures §. ult. ff. de positi. l. si à domino 36. §. si prædo de petit. hered. litem
si cum exceptione 14. quod metus causa. Hottom. illustr. quaest. 30.

XXXVIII.

*Ceterum eadem res sæpius legata a nisi in quantitate
consistat b, aut aliud testatorem voluisse evidenter appa-
reat c, semel tantum debetur, non enim sæpius legare sed sæ-
pius dicere testator videtur d.*

a) l. planè 34. §. 1. ff. de legat. l. l. cum quaestio §. ult. C. cod. b) d. l. planè 34. §. 3.
& seqq. c) l. quinquaginta 12. ff. de probat. d) l. Mævius 66. §. cum qui 5. ff. de le-
gat. 2. Cujac. lib. 14. obl. 19.

XXXIX.

*In genere verò vel alternativè legata rei a, nisi de certo
sensisse testator probabitur b, non hæredis sed legatarij est
electio.*

a) §. si generaliter 22. h. t. l. si servus legatus 108. §. cum homo 2. de legat. 1. b)
l. legato 37. §. 1. de legat. 1.

XL.

*Quemadmodum & optionis legatum ad legatarium e-
jusq; hæredem, si ipse non optet, pertinet.*

§. optionis 24. Inst. h. t. l. unic. §. si a. aliquid 7. C. de caduc. tollend. l. ult. C.
communis de legat.

XLI.

*Quod si plures sint & in optione dissentiant, unus sorte
qui optet constituitur.*

d. §. optionis, vers. & diligenti. d. l. ult. C. communis de legatis.

XLII.

*Porrò legatum relinqui potest & purè & in diem & sub
conditione etiam impossibili.*

§. post mortem 35. h. t. l. 12. §. 1. l. omnia 32. in pr. de legat. 2. l. 1. §. 3. l. 2. 3. 4. §. 1. l.
quibus 40. §. 2. l. 41. & tot. tit. de cond. & demonstr. l. 3. de cond. & demonst.

XLIII.

*Sed & in annos singulos rectè relinquitur, quo casu secun-
dum Sabini sententiam quæ obtinuit primi anni legatum
purum est, seqq. verò conditionale.*

l. à vobis 5. ff. de annuis legatis. l. 11. ff. eod. l. cum in annos 23. ff. quand. dies
legat.

XLIV.

*In arbitrium quoq; sive hæredis a, sive alterius cuiusq; b
B legatum*

*legatum rectè confertur, non etiam in meram voluntatem
C, cum certum debeat esse consilium testantis d.*

a) L. si sic 75. in prin. de legat. 1. l. fideicommissa 11. §. quanquam de legat. 3. l. utrum. §. cum quidam. de reb. dub. b) dd. l. Cujac. lib. 2. obs. 2. c) d. l. si sic in fi. pr. l. sub hac conditione de oblig. & act. d) Vlp. institut. tit. qui hered. instit. possunt. Cujac. lib. 2. obs. 2.

XLV.

Neque hodiè refert antè ne vel post, vel intermedias heredum institutiones a ab intestato vel in codicillis b legata relinquantur.

a) §. antè heredis 34. Inst. h. t. l. ambiguitates 24. C. de testam. b) arg. §. præterea. Inst. de fideic. hered. lafon ibid. & Mynsing. in pr.

XLVI.

Quinimò etiam pœna nomine hodiè rectè legatur, dummodo conditio nec impossibilis, nec probrosa nec illicita sit.

§. pœnæ quoq; 36. Inst. h. t. l. unic. C. de his quæ pœnæ nomine.

XLVII.

Mortuo testatore statim legati, si quidem purè est, vel in diem certum relictum, cedit dies, dominiumq; in legatarium transire fingitur.

l. unic. §. 1. & §. in novissimo 5. C. de cad. tol. l. 5. §. 1. quando dies legat. l. si à Titio 64. de furtis. Vlp. tit. 24. §. 29.

XLVIII.

Quod adèò verum est, ut etiamsi mortuus sit legatarius ante aditam hereditatem, nihilominus legatum ad heredem transmittat.

L. 5. in pr. ff. quando dies legat. ced. l. 3. C. eod.

XLIX.

Excipiuntur tamen quedam legata, veluti libertatis, ususfructus, habitationis, & similia, in quibus non à morte testatoris sed ab adita demum hereditate dies cedit.

d. l. unic. §. libertatib. 6. C. de caduc. tol. l. 8. ff. quando dies legat. ced. Cujac. lib. 4. obs. 4.

L.

Legatorum conditionalium & in diem incertum relictorum dies ex tempore conditionis vel diei existentis cedit.

d. l. unic. §. si a. aliquid 7. d. l. 5. §. si sub conditione 2. ff. quand. dies legat. Vlp. d. t. 24. §. 29.

Modò

L I.

Modò conditio sit expressa, in tacita enim & ea qua extrinsecus non ex testamento venit, maximè inspicitur mens testatoris.

L. in conditionibus 19. §. 1. de cond. & demonstr.

L I I.

Ceterùm ad rem legatam consequendam competunt legatario tres actiones, Actio nimirum in rem, actio in personam, & hypothecaria.

§. 2. instit. de legatis l. 1. l. 3. §. 2. C. communia de legatis.

L I I I.

Quæ actiones licet concurrant, ut electionem legatarius habeat a, ab una tamen ad aliam transgrediendi ei potestas non datur b.

a) L. 1. & 2. C. communia de legatis. b) l. cum filius 76. §. variis 8. ff. de legat. 2.

L I V.

Sed an omisis his remediis legatarius etiam via executiva ad legatum consequendum uti possit, quaritur? Nos eum id posse sub distinctione tuebimur.

Myn. ing. cent. 5. obs. 61. c. 4. Nov. de hæred. & Falcid. l. fin. vers. fin. a. aliquis C. de edicto D. Hadr. tol.

L V.

Propria verò autoritate rem legatam occupare non potest.

L. 1. §. 1. & §. 6. ff. quod legatorum. VVesemb. in paratit. ibid.

L V I.

Adeo ut ante hæreditatem aditam occupans, vel ad restituendum cogatur, vel ad interesse condemnatur a, post verò etiam jure suo cadat b.

a) l. 2. §. ex hoc interdito 2. ff. quod legator. b) l. 5. C. de legat. l. extat, ff. quod metus causa l. si quis 7. ff. unde vi.

L V I I.

Partem rei legata approbare, partem verò repudiare legatarius non potest, licet totum possit.

L. legatarius 38. in pr. de legat. l. 1. l. neminem 4. ff. de legat. 2.

Præstari autem debet res legata regulariter in loco ubi relicta est, & ubi erat tempore mortis a, nisi testator eam alibi voluerit solvi, vel factò heredis in alium locum sit translata b.

a) l. cum res 47. in pr. l. si servus legatus 108. in pr. de legat. r. b) l. quod legatur 38. de judiciis.

Et præstari debet talis, qualis est, & ita ut verè legatario habere liceat.

l. qui concubinam 29. §. si hæres 3. ff. de legat. 3. l. hæres servum 58. ff. de evictio-
nibus. l. si à substituto 45. in fin. ff. de legat. r.

Idq; sumptibus heredis, unde & cautionem legatarius exigere potest de persequendo legato & sumptibus suis præstando.

l. servo legato 69. §. ult. l. si servus 108. l. cum servus 39. in pr. ff. de legat. r.

Deniq; relicta legata adimuntur vel minuuntur: Adimuntur rursus vel à lege vel ab homine.

Mynf. in pr. num. 4. Inst. h. t. Vvesenb. in pr. Inst. ad l. Falcid. & in parat. ff. de l. Falcid. tot. tit. de adimend. vel transf. legat. tot. tit. de his quæ ut indignis. Dom. præcept. Vult. in tract. de ultib. volunt. tit. de l. Falcid. in pr.

A lege quidem varijs ex causis passim in jure expressis a, à testatore verò si adscriptum alicui legatum vel in totum vel pro parte adimat, quæ expressa, vel in alium transferat, quæ tacita ademptio dicitur b.

a) tot. tit. ff. de his quæ ut indignis. b) tot. tit. de adim. & transf. legat. l. 2. §. 1. l. 3. §. cum Titio 10. ff. eod. Mynf. d. §. 4. h. t.

Sed quid si translatio illa inutilis sit? Revocatur nihilominus prius datum, & ademptio quidem consistit, licet posterius legatum locum non habeat.

l. planè 34. in pr. ff. de legat. r. l. licet transferam 20. de adim. legat.

Minuuntur legata per l. Falcidiam a: Quam post legem Furiam

*Furiam & Voconiam, novissime tulit C. Falcidius Tribu-
nus plebis b.*

a) l. in quantitate 73. §. ult. ad l. Falc. b) VVef. in pr. Inst. de leg. Falcid. Scin
parat. ff. cod. test. Dione, Eusebio, Ildoro.

LXV.

*Cum enim lege 12. tab. libera admodum esset legandi fa-
cultas, ut liceret vel totum patrimonium legatis exhaurire,
non sufficientibus lege Furia & Voconia, licentiam hanc Lex
Falcidia coarctavit.*

d. pr. Inst. h. t. l. verbis 120. de V. S. Theophilus in pr. inst. hoc tit.

LXVI.

*Hac igitur lege illud cavetur, ut si ve unus sit haeres insti-
tutus si ve plures, à quibus legata relicta sint, semper quar-
tam partem hereditatis salvam habeant.*

pr. Inst. hoc tit. Vlp. tit. 24. §. 30.

LXVII.

*Quam quartam, hodie ex constitutione Justiniani in li-
beris instar legitima auctam esse, ut si liberi sint quatuor aut
infra trientem, si quinq. plures si ve, semissem aut etiam da-
drantem salvam retineant, putamus.*

Auth. Novissima. C. de inofficio testamento. Nov. 18. de trient. & semisse. Cu-
jac. ad l. 1. verb. quartam partem ff. h. t. Govean. lib. 2. variat. lectio. cap. 1. & Bal-
duin. in Inst. h. tit.

LXVIII.

*Idq. non solum per modum retentionis a, sed etiam jure
novo per modum vindicationis b, si forte, praestita tamen à
legatariis cautione, legata cuiq. integra soluta sint c.*

a) l. 1. in pr. verb. capere, l. pater 14. §. 1. ff. h. t. VVefenb. in parat. ff. h. t. in fin. b)
l. pen. C. hoc tit. c) tot. tit. C. si cui plus quam per l. Falcidiam. Cujac. s. c. 2.

LXIX.

*In singulis autem heredibus ratio l. Falcidiae habenda est,
ita ut quisq. gravatus partis suae hereditariae quartam de-
trahere possit.*

§. & cum quaesitum 2. Inst. h. t. l. in singulis 77. ff. cod. l. 11. §. 2. ff. cod.

LXX.

Quod si plures fuerint legatarij, tunc pro rata portione ab

B 3 omni-

omnibus Falcidia detrahenda, donec quarta heredi salva maneat.

§. fin. Instit. hoc tit. l. in quantitate 73. §. ultimo ff. h. t.

LXXI.

Antequam autem Falcidia detrahatur, prius deducitur ex alienum, item funeris impensa, & pretium servorum manumissorum.

§. cum a. ratio. Inst. h. t. arg. l. subsignatum §. bona de verborum signif. l. Papinianus §. §. quarta de inoff. test. l. impensa 45. de religiof. & sumpt. funer.

LXXII.

Posthac ita ratio legis Falcidia initur, ut quicquid heres accepit jure hereditario, id ei in falcidiam computetur, non vero quod jure praelegati vel fideicommissi.

l. in quartam 91. ff. hoc t.

LXXIII.

Unde & eos tantum fructus, qui jure hereditario percepti sunt, computandos esse communiter sentiunt.

d. l. in quartam l. 24. §. 2. ff. eod. l. Papinianus §. §. unde si quis 11. ff. de inoff. test.

LXXIV.

Quod autem conditionis implendae causa heres accipiat à legatariis, in Falcidia computationem non venire placet.

d. l. in quartam 91. in fin. arg. l. ad veterani 40. §. 1. l. qui fundum 87. & l. si dignum decem 19. h. t. l. qui non militabat 78. ibiq; Cujac. ff. de hered. instit. Cujac. lib. 8. obf. c. 4.

LXXV.

At filiofamilias utrum & legitima in Falcidiam computetur quaestio est? Et ~~non~~ computari verius putamus.

arg. l. Papinianus §. §. quarta ff. de inoff. test. Nov. 1. in fin. principii. Cujac. lib. 3. c. 3. Hottom. illust. quaest. 43.

LXXVI.

Porrò quoniam quantitas bonorum, ad quam Falcidia redigitur, ea spectatur quae fuit tempore mortis, quicquid ex eo tempore legatis vel accedit, vel decedit, legatariis lucro vel damno est.

§. quantitas Inst. h. t. l. in quantitate 73. ff. eod. l. in ratione 30. eod.

LXXVII.

Cessat lex Falcidia casibus potissimum quinq; vel ob personam testatoris, vel ob rem legatam, vel ob personam legatarii,

iii, vel ob voluntatem testatoris, vel deniq, ob culpã haredis.

Qui omnes enumerantur in thesib. seqq.

LXXVIIII.

Primò casu cessat, si miles testamentum fecerit, in eo enim Lex Falcidia locum non habet.

§ quod verò Nov. 1. de hared. & Falcidia l. 7. C. eod. t.

LXXXIX.

Secundò casu cessat in mariti dote, quam ab uxore accepit ei, in testamento legavit a, item in libertate legata b.

a) l. 15. §. 5. h. t. l. 85. C. eo. b) l. Papinian. §. 4. de inoff. test. l. de cet. de fideic. libertat.

LXXX.

Tertiò si quis ministris Ecclesie ad alendos pauperes vel ad alias pias causas legaverit.

§ si quis a. haredes Nov. 131. de Ecclesiast. auth. similiter C. h. t. Iohan. Robert. recept. lect. lib. 1. c. 15.

LXXXI.

Quartò si testator ne Falcidia detraheretur, prohibuerit, hoc enim casu voluntas testatoris servanda est.

Auth. sed cum testator C. h. t. d. Nov. 1. de hared. & Falc. Geil. 2. obs. 138. n. fin.

LXXXII.

Quintò quando heres inventarium facere neglexerit a, vel si post iudicis decretum intra anni spatium defuncti voluntatem non impleverit b.

a) d. Nov. 1. c. 2. §. si verò non fecerit d. auth. sed cum testator C. eod. h. t. l. fin. §. etsi præfatum & §. fin. v. postquam C. de iure delib. Geil d. loc. in p. b) d. Nov. c. 1. §. 1. & c. 4. eiusd. Nov.

LXXXIII.

Deniq, sunt & alii casus in quibus l. Falcidia cessat, veluti si heres iuri suo expressè vel tacitè renunciaverit a, vel si cū legatariis pactus fuerit b, & aliis modis, qui tamen cum generales sint tollendarum obligationum c, non sunt propriè huius loci.

a) Nov. 1. c. 3. b) §. 3. in fi. Inst. h. t. c) l. pen. C. de pactis.


COROLLARIUM.

Patrem ne uni quidem ex filijs feudum prælegare possè regulariter concludimus.

text. in c. 1. de success. feud. Curt. in tract. feud. part. 4. vers. ex prædicta regula. Geil lib. 2. obs. 135. n. 12. item lib. 2. obs. 134. n. 11.


Disputabuntur in Collegio Lani 8. die Augusti, Anno 1590.


F I N I S.



380/44/66913(5)

X13<4466913500013





Freie Universität



Berlin

x-rite

colorchecker CLASSIC

